caput Bonæ Spei; ſemiſſis initialis per Oceanū Braſilianū, alter verò finalis, per Oceanum Africanum & Indicū ſpargitur; quod citra calculi ſcrupulos videri facilè poteſt.

Quod verò attinet reliquas duas; eæ continuandæ ſunt vlteriùs, quia conducunt ad illuſtrationem Methodi Eclipſium Solis vniverſaliter computandarum, quæ in præceptis Rudolphinis quodammodò nova eſt: & quia Europam propiùs veniunt.





Etenim primæ parvulæ obſcurationis initium cadit Vraniburgi poſt Meridiem H.2.55.cū eſt Aſc.R.MC.H.22.4. Et quia tunc angulus ſcrupulis durationis oppoſitus fit 29°.53′,& Luna accedit ad Nodum, ablatis igitur 5.18 pro principio, fit alt. Nonageſimi 24°35′, oriente 16 ♑. Quare Alt. Poli requiritur 52°, ſub qua oriente 16 ♑. Aſc.R, MC.